Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566611-p0001-4

43885

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566611-p0002-0

# FAUSTA,
QVÆ,
NUPTIALIBUS TÆDIS
*VIRI CLARISSIMI*
DN.
# GOTOFREDI
Bohs/ I.V. DOCTO-
RANDI AC
PRACTICI
ET
*VIRGINIS LECTISSIMÆ Atq; CASTISSIMÆ*
# ANNÆ SOPHIÆ
*VIRI AMPLISSIMI & CONSVLTISSIMI*
DN. FRIDERICI Kühns / Dicaſterij Magdeburgici,
quod Halæ eſt Senioris ac Conſiliarij Anhaltini
& Mansfeldici
*FILIÆ SECVNDÆ,*
APPRECABANTUR
FAUTORES ET AMICI
In *die Fauſtini*
A. O. R. cIↃ DC. LIII.

*HALLIS SAXONUM*
Typis Johannis Rappoldti,

36.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566611-p0003-5

OPtem quid veſtris, ô ili & filia, tædis?
Comprecer â Summo quæ bona vera DEO?
Immemor, aut exſers Divini non ſit Amoris
Unquam veſt.r amor: Sic benedictus erit.

*Imò*

FAuſtini ſit fauſta Dies: Conſtantia vobis
Hebdomade, & felix Concordia lucet, eâdem.

Johannes Georgius Bohs/
Senior: Sponſi Pater.

BOHSI patris amor, generis decor inclyte, bina
Gratulor adveniunt dum data magna tibi.
Summus honor Themidos, ſimilisq; optataq; nupta,
Virtute & formâ, docte, parente, nitens.
Muneris & ſobolis ternum donum atq; quaternum
Protinus adiiciat providus opto Deus!

Cum prolixo divinæ omnigenæq; benedictionis voto
GOTTFRIDUS OLEARIUS D.
*Eccl. Hal. Superint.*

Ad Conſultiſs. Dn. Sponſum.

*NEmpe tibi dederat quid Pallas habere paterni,*
Gotfride, *ingenium eſt auctius inde tuum.*
*Indeq; judiciô ſinuoſa volumina juris*
*Perdius & pernox dexteriore legis,*
*Et ſimul adflecti cauſam meditare Clientis,*
*Quî patrocinio ſit reparanda tuo.*

Fal-

*Fallor? an, ut vidit tantos Themis alma labores,*
*Dignum, ait, hoc ornet rubra Tiara caput.*
*At Venus: Et nobis non indotatus abibit*
*Vir, Charitumq́; ingens Pieridumq́; decus,*
*Dixit, & actutum* Bohſii *pulcherrima virgo*
*Intravit, fauſtô ſidere, juſſa thorum.*
*Sic igitur binis certatim adamate Deabus,*
*Sponſe, ann' ex omni parte beatus eris?*
*Sic reor. O felix in honore & amore triumphes,*
*Dum ſale durandas Hala miniſtrat aquas!*

## ALIUD

*Ad* DN. *Sponſi ejusq́ dilectiſſimæ Sponſæ, virginis florentiſſimæ nomen.*

Cùm, Boſſe & Bôſe exiguô diſcrimine diſtent
Nominibusq́; inſint omina, ſæpè ſuis,
Hæſerat, an *Bohſii* Thalamum nubendo ſubiret
Virginei nova lux, *Anna Sophia*, Chori.
Mox verò quidam: vana hæc ſunt ſomnia; Patrem
*Bohſius* inſigni nam probitate refert,
Quin, ait, expendas, potiùs prænomen, & ecquid
Nomine *Gotfridi* dulcius eſſe poteſt?
*Audax* à Patris cognomine, Virgo, vocaris,
Et tamen à vanô ſic cruciare metu.

Riſit

Ruit ad hæc, roſeoq; genas ſuffuſa pudore,
Me *Bobſi* o totum trado lubenter, ait,
Protinùs applauſit Muſarum turba novena:
Fauſtior hâc ipſâ copula nulla ſiet!
*Anna Sophia*, ſui non nominis immemor unquam,
Quicquid aget, placideq; & *ſapienter* aget.
Et ſic caſtus amor, ſacrô qui fœdere junxit
Firmiter amborum corda, *perennis* erit!

Boni ominis officioſiq; adfectus
contestandi ergò de properab.
Bernburgi
*Joach. Mechovius J. U. D.*
*Conſiliarius Anhalt.*

---

WAnn Hippocrene mir wie andern / wolte rinnen/
Und Phoebus hoher Geiſt erhitzen meine Sinnen /
Wenn es erlaubte nur die allzu-edle Zeit
So ſchrieb' ich ſehr viel auff / was meine Schuldigkeit
Erfodert/Edles Paar. Doch wolt mein ſchlechtes Dichten/
Und meiner Feder-lauff ich gantz nicht dahin richten /
Dadurch nur unſer Volck der Jungfern wird veracht/
Und bey den leſenden in lauter Schimpff gebracht.
Ein Leſer muß auch ſelbſt verachten ſolche Sachen /
Wenn er es nun durchliſt/daß mans ſo höfflich machen
Kan/daß der Bauer merckt. Dem iſt nicht recht ein Trit
Die geht und ſteht nicht recht /die thut nicht einen Schritt:
Der ihr anſtünde wohl/bald müſſen her die Trachten/
Vom Scheitel biß zum Fuß (: Zwar was man wil verachten/

 Der

Da findet man genug / was gut iſt / iſt nicht gut /
Was fein iſt / iſt nicht fein / ob mans gleich ſelber thut:
Und was der Poſſen mehr / ſo man pfleg' itzt zu dichten /
Da alles meiſtlich iſt / die Jungfern außzurichten /
So faſt Paßquillen gleich: Doch nehm ichs mich nicht an)
Vor dieſem hat man hier das Wiederſpiel gethan /
Da man ihr billich Lob im Verſen hat geprieſen /
Doch ander' unveracht / * und nicht nur Schimpf erwieſen.
Ich laß es alles ſeyn / es ſey ihm / wie ihm ſey.
Und füge meinen Wundſch wohmeynend nur hierbey
Obgleich mit trauren iſt vermengt die Hochzeit-wonne /
Im Regen ſcheinet ja bißweilen auch die Sonne /
Nun Gottes Segen müß' in ſtarcker Regen ſeyn
Und lauter Freud und Luſt, der klare Sonnenſchein.

* Auf Herrn Lic. Jac. Unruhens Hochzeit Anno 1641. da der Titul Lob des Hälliſchē Frauenzimmer.

überſchicket von Jena
von
J.T.U.D.L.W.

TU tædis, ô Amice, tuis *Bona verba* requiris?
Nunc nihil ingenij, nunc nihil artis ineſt,
Gratulor ut cerpas fructus connubij amœnos
Non ſit in æde fumus, cum caret igne focus.

Fauſtæ congratulationis E.
deproberabam
*Fridericus* Hondorff / *Lic.*

Cla-

*Clariſsimo Dn. SPONSO, Amico exoptatiſsimo,*
*FELICITATIS & AMORIS CONNUBIALIS*
*INCREMENTA ANIMITùs P.*

SI quà piis unquam Sponſis mea vota lubenti,
Ceu pietas poſcit, voce manuq́; dedi;
Jam, præclare, Tibi, promtus mea vota repono,
*Rohſi*, dum *Sophiam* junxit amore Deus.

Jungere Te *Sophien* primos mea cura per annos
Et fuit in patriis pergere ritè viis.
Jungebas *Sophiæ* veræ *pietatis* amorem,
Atq́; *Dices* ſtudium, ſic benè cultus eras.
Hinc *Themis* eximiam meritò dedit alma *corollam*
Et *Sophie SOPHIAM* contulit ipſa novam.
Gratulor ex animo, gemino congrator honori,
Quē Themis atq́; Venus dant, *Neonymphe*, Tibi.
*Nobile par animis, par & florentibus annis,*
*Par Patrum meritis, ſorte, decore, loco!*
Vivite cum *Patribus*, patriæ qui gloria noſtræ,
Et ſunt præſidium dulce Decusq́; meum.
Pectora qui caſtis accendit amoribus, idem
Hoc benè qui cœpit, ritè ſecundet opus.
Et ſimul ac novies ſecto vaga limite Zonam
Per mediam rapidis Luna cucurrit equis;

Illa

Illa thori conſors, *Bobſi*, *Anna Sophia* tenellos
*Bobſiolosq́;* ferat, *Kühniolasq́;* gerat.
Ut natos videant, & qui naſcentur ab illis
Patres, queîs auctum gaudia ſtemma ferat,
Sic thalamus maneat felix & pace beatus,
Sint procul ærumnæ, ſit procul omne malum!

In diem Nuptiarum,
*qui* FAUSTINO *ſacer*.
ad SPONSUM.

*OMen ineſt facto: FAUSTINI luce jugaris,*
*Sponſe, thorus felix nonne futurus erit?*
*ut fiat, toto adfectu*
*precatur*
FRIDERICUS CAHLENUS M. & P. L. C. æſ.
GYMNASII RECTOR.

LUmina *Fauſta* ſient tibi queîs charissime Frater,
*Conſtanti* vinclo nexa manet Socia:
Sit *Concors* longævus Amor: ſit & hoc quoq; Fauſtum
Poſt menſes Decem quod generabit Amor.

Sic Fratri ſuo chariſſima diebus Fauſtini, Conſtantiæ & Concordiæ Nuptiale feſtum celebranti animitus vovet.
Johann Georg Bohs *jun.*

*Ve-*

Nv 332
ULB Halle 3
001 594 656
TA → OL
Retro: Stk. 39 – 42 unvollst,
nicht in PICA
VD17
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566611-p0011-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566611-p0012-5

36.

STA,
Æ,
BUS TÆDIS
ARISSIMI
.

OFREDI
DOCTO-
DI AC
TICI

Æ Atq; CASTISSIMÆ
SOPHIÆ
& CONSULTISSIMI
Dicaſterij Magdeburgici,
ac Conſiliarij Anhaltini
sfeldici
ECUNDÆ,
BANTUR
ET AMICI
Fauſtini
DC. LIII.

SAXONUM
is Rappoldti,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-566611-p0013-1